

lum manum meam. et dicam ui-
 uo ego in eternum. **S**i aciero ut
 fulgur gladiū meum. et arripuerit
 iudicium manus mea. **R**eddā uil-
 lionem hostibus meis. et hijs qui
 oderunt me retribuam. **I**nebitabo
 sagittas meas sanguine. et gladi-
 us meus deuorabit carnes. **D**e cru-
 ore occisorum. et de captiuitate nu-
 dati inimicorum capitis. **L**audate
 gentes populum eius. quia san-
 guinem seruatorum suoz ulciscetur.
Et uindictam retribuet in hostes
 eorum. et propicius erit terre po-
 puli sui. **tanticu.**

Ge deum laudamus. te domi-
 num confitemur. **T**e eter-
 num patrem. omnis terra uene-
 ratur. **T**ibi omnes angeli. tibi
 teli et uniuerse potestates. **T**ibi
 cherubin et seraphin. incessabili

uoce proclamant. **S**anctus. **S**anctus.
Sanctus dñs deus sabaoth. **P**leni sūt
celi et terra: maiestatis glorie tue. **T**e
gloriosus: apostolorum chorus. **T**e pro
phetarum laudabilis numerus. **T**e
martirum candidatus: laudat exer
citus. **T**e per orbem terrarū: scā cō
fiteatur ecclesia. **P**atrem immense
maiestatis. **V**enerandum tuū uerū
et unicum filiū. **S**anctum quoq;
paracletum spiritum. **T**u rex glē
xpē. **T**u patris sempiternus es fili
us. **T**u ad liberandum suscepturus
hominem: non horruisti uirginis
uterum. **T**u de uicto mortis acu
leo: aperuisti credentib; regna celo
rum. **T**u ad dexteram dei sedes: in
gloria patris. **I**nder credens esse
uenturus. **T**e ergo quesumus tu
is famulis subueni: quos precioso
sanguine redemisti. **E**terna fac

cum sanctis tuis gloria munerari.

Saluum fac populum tuum domine. et benedic hereditati tue. **E**t rege eos et extolle illos usque in eternum. **P**er singulos dies benedicimus te. **E**t laudamus nomen tuum in seculum. et in seculum seculi. **D**ignare domine die isto. sine peccato nos custodire. **M**iserere nostri domine. miserere nostri. **F**iat misericordia tua domine super nos. quemadmodum sperauimus in te. **I**n te domine speraui. non confundar in eter

Benedicite omnia **cant.** **I**nnum. **O**pera domini domino. laudate et superexaltate eum in secula. **B**enedicite angeli domini domino. benedicite celi domino. **B**enedicite aque omnes que super celos sunt domino. benedicite omnes uirtutes domini domino. **B**enedicite sol et luna domino. benedicite stelle celi domino. **B**enedicite